

V 9
6212



G
CIV

74



Q. 192. (22)

Q. 192

III



IN GLORIAM MEDIATORIS!

BENIGNISSIMO AMPLISSIMÆ FACULTATIS
PHILOSOPHICÆ INDULTU,
AUCTORITATEM SCRIPTI,

SUB TITULO:

D. LUTHERI COLLO-
QVIORUM MENSA-
LIUM,

In

GERMANICO, ANGLICO
ET LATINO

IDIOMATE EDITI,
CONSIDERABUNT,

AMICO SENTENTIARUM COLLOQVIO,
IN AUDITORIO MAJORI

A. M DC XCIII. d. 28. Octobr.

INSTITUENDO,

M. JOHANNES

MÖLLERUS,
GEDANENSIS,

ET

JOH. WILH. Stricker/
GUSTROA - MEGAPOL.



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

K. 193. Q.

(cat. 3, 725.)



In German Medictoria
BENIGNISSIMO AMP. SSIME FACILITATE
PHILOSOPHO IN D. N.
VICIOTATEM SGRIT.

D. LITTHERI COELO
QVIORUM MENSA
LUM.

In
GERMANICO, ANGLICO,
ET LATINO
IDIOMATE EDIT.

CONSERVANT.
AMICO SENTENTIAM COELOQVIO
IN ADUPTORIO MAIORI
A. M. DE TENE. A. S. W. A.
INSTITVENDO.

M. JOHANNES
MÖLLERUS
GEDANENSIS

JOH. WILH. RITZSCHE
GESSROA - MEGAROL.

ASTORUM THE. JOH. WERTLING, MAI. 1788.





PROOEMIUM.



Vam ægrè summî inter eruditos viri sinistra illa fata, per quæ factum est, ut Celeberrimorum scriptorum monumenta ingenii, indefessis ipsorum elaborata curis tot & tantos vix admiratores amatoresque nacta fuerint, quot quidem præter suum nunquam meritum gavisa haud raro sunt, quæ, insciis invitisque collectoribus suis, ex præpostero plerumque publicis inserviendi studio, in lucem ab aliis emissa, tulerint, editæ ab ipsis loqvuntur querelæ. Prægnanti non sine causa easdem prolata fuisse, exempla docent illorum, quibus opera, insciis invitisque ipsis, alieno publicata studio, famam parere cum debuissent illustriorem, accedente inprimis malevolorum, & *Leçtoribus in Liçto- res, ubique virgas, & secures expedientes de- generantium* (ut cum Magno loquar Morhofio Præf. Polyhist.) animo, laudem prorsus exiguam, imo (si quod res est dicendum) de-

decus sæpè & ignominiam potius præter tamen omne fas & meritum attulere. Largam possemus horum nominare segetem, si modò de operibus seculi nostri quibusdam posthumis (præteritis, quæ vivis suis, insciis tamen, prodiere scriptoribus,) virorum aliàs celeberrimorum, ex ipso æquissimorum censorum iudicio, animus esset non nulla commemorare. Verùm, cum, si ulla in re alia, certè in hac, exempla, eademque recentis adhuc memoriæ, nominare, futurum sit odiosum, ex seculo superiori in medium proferre placet *Virum*, qui & fuit, cum viveret & post fata quoque mansurus est, sine pari, *D. Martinum Luthe- rum*. Extant stupendo Doctoris incomparabilis labore aurea tot ab ipsomet elaborata, à veneranda ipsius manu correctæ, & vivo, ac consentiente ipso edita opera, in quorum

1) una pagina plus esse solida Theologia, quam
 2) interdum in toto libro alicujus Patris, vel ingenua Andreae Maffii, Abbatis Pontificii Wingartensis, vox, in frequentissimo Lutheranorum pariter, ac Papistarum confluxu prolata, fuit confessa. Vix autem inter scripta hæc omnia reperitur aliud, in quod citato adeò cursu ruere quasi, ex laudabili partim in

Maga-

Megalandrum amore, partim etiam (id quod
 maximopere deplorandum) ex detestando in
 Reformatorem optimum odio, multorum vi-
 fa sunt ingenia, quàm COLLOQUIORUM
 (ut dicitur) MENSALIIUM volumen; non
 obstante, quod idem, suâ etsi laude, ob usum
 inde, ad prudentem cordatumque Lectorem
 proficientem multiplicem, nullatenus defrau-
 dandum, quia & incio, & invito prorsus, cu- //
 jus superbit nomine, Viro, post Ejus demum //
 obitum, bonâ equidem intentione, studio ta- //
 men minus accurato, ab aliis evulgatum est, //
 in eundem cum genuinis Lutheri scriptis cen- //
 sum venire haud mereatur. Digna res visa
 est consideratione paulò uberiori, placuit ita-
 que de scripti, quod sub Colloquiorum Lu-
 theri Mensalium titulo editum est, auctorida-
 te quædam commentari, non ut ulla in re fa-
 mam Lutheri læderemus, (sic enim præter
 imperitum & malevolum judicabit nemo)
 sed eandem potius sanctam, illibatam, & con-
 tra calumniatores defensionem sisteremus, adeoq;
 & ea, quæ jam jam in medium prolaturi sumus,
 ad renovandam Lutheri memoriam (quorum, //
 & quæ de nomine *Lutheri*, & *Luthero Luthe-*
rano ante Lutheranismum, pro qualiscunque

ingenii modulo diximus, & in Dissertationibus aliis, *Lutherum Confessorem, Martyrem, Reformatorem irreformabilem, à Pontificiis item contra criminationes Pontificiorum in doctrina & vita defensum* Deo Volente exhibituris, dicemus, faciunt) suo modo referri possent. Is autem, qui in servis suis honoratur, DOMINUS, qualibuscunque nostris conatibus benedicat, inque SUI NOMINIS GLORIAM dirigat.

I.

Methodus
Disserta-
tionis, quæ
duo propo-
nit mem-
bra expen-
denda.

I.
De variis scripti-
onibus editionibus,

Membrum
prius, in
quo com-
memora-
tur (I.) e-
ditio Col-
loquiorum
Lutheri
Mensalium
per Auri-
fabrum
vulgata.

II.
p. Germanicis

AUtoritatem scripti, sub titulo: *D. Lutheri Colloquiorum Mensalium*, in Germanico, Anglico & Latino idiomate editi, consideraturis, membra erunt expendenda duo; prius, quæ de variis scripti hujus editionibus prolatum videbuntur digna, commemorabit; posterius, quæ circa auctoritatem ipsius monitu videbuntur necessaria, brevibus exponet.

II. Ad membrum itaque prius, varias scripti recens editiones, quod attinet, notamus, prodiisse, quantum nobis quidem innotuit, Symposiacorum Luthero adscriptorum volumen Sermonum in Germanica, Anglica & Latina Lingua. *Germanicas* (I) quod concernit editiones, *Joh. Aurifabrum*, virum de scriptis Lutheri haud vulgari-ter in multis meritum, pro suo in Megalandrum amore, post fata Ejus librum vulgasse idiomate Germanico, sub *Colloquiorum Lutheri Mensalium* (Eisch, Neden) titulo, in quo varii Viri Summi cum Philippo Melanchtone, Casp. Crucigero, Justo Jona, Paulo Ebero, Vito Dieterico, Joh. Bugenhagio, Joh. Forstero, aliisque Commensalibus & Hospitibus habiti discursus exhibentur, nemo est, qui ignorat.

III. Quæ

III. Quæ circa collectionem scripti hujus commemo- *ubi (a)*
 rari merentur, placeat ex ipso Aurifabri ore percipere. Sic *circa Col-*
 autem ille in Præfatione Colloquiorum Tomo Anno 1569 *lectionem*
 præmissa: Nachdem ich biß anher etliche Tomos, von hinder *hujus ver-*
 stelligen Büchern/ Predigten/ Schrifften/ und Sendbrieffen *ba Auri-*
 D. M. Luth. zu Eisleben habe drücken lassen/ als habe ich diesen *fabri no-*
 Tomum Colloquiorum, oder Tischreden/ jetzt alhier auch ver- *tantur.*
 fertiget und im Druck ausgehen lassen/ welcher anfänglich aus
 des Ehrwürdigen Herrn M. Antonii Lauterbachs geschriebenen
 Collectaneis Colloquiorum, so er selbst aus dem heiligen Mun-
 de Lutheri aufgezeichnet/ ist zusammen getragen/ und hernacher
 von mir in gewisse Locos Communes distribuiret/ und verfas-
 set/ und aus anderer Gottseeliger/ und gelehrter Leute/ geschrie-
 benen Büchern Colloquiorum, welche D. M. L. Tischgesellen
 viel Jahr her gewesen/ als des Herrn M. Veit Dieterichs/ M.
 Hieronymi Besoldi/ auch des Pfarrherrn zu Köthen/ Magister
 Johann Schlaginbauffens / und M. Johannis Matthessii.
 Item/ aus anderer mehr Bücher/ so mit D. M. L. stets umbgan-
 gen/ und täglich umb ihn gewesen/ als Magister Georg Rörers/
 seligen/ zum mehrern Theil gemehret und gebessert. Darnach
 so hab ich auch aus Magistri Johann Stollis seligen und Magis-
 ter Jacobi Webers/ Pfarrherrn zu Ordorff geschriebenen Col-
 lectaneis Colloquiorum, viel gutes Dings genommen/ und in
 diesen Tomum gesetzt. Und dieweil ich Johannes Aurifaber,
 vor D. M. L. Absterben Anno 1545. und 1546. auch viel umb
 Doctor Martin Luther gewesen bin/ also habe ich viel herrlicher
 Historien und Geschicht/ auch andere nöthige und nützliche Din-
 ge/ so er über Tisch geredet/ fleißig aufgezeichnet/ das ich denn
 hierinn auch geordnet und gebracht habe.

IV. Hæc de scripti collectione Aurifaber ipse. Post- *(B) Obser-*
 eaquam dicto jam modo sub nomine Lutheri protrusa se *vatur, sa-*
 mel essent in lucem Colloquia Mensalia, eadem variorum o- *pe eandem*
 perâ variis in locis, Islebii v.g. Jenæ, Francofurti, Lipsiæ &c. *editionem*
 de novo multoties recusa prodiere. Omnes has editiones *fuisse re-*
 Germanicas commemorare, & semet inter conferre plu- *cusam, va-*
 ribus *riusq; ad-*

ditamen. ribus, operæ pretium fore vix existimamus, siquidem, qui
is aucta, redundare posset inde ad Lectorem fructus, tardium labo-
et muti- ris non compensaret; Id unum tamen probè notatum vo-
latam. lumus, per varias operis hujus editiones additamenta mi-
 scellanea pro cujusvis arbitrio editoris eidem accessisse, quin
 privato etiam ausu quàm plurima ex prima editione fuisse,
 substitutis aliis, deleta & mutilata, unde factum tandem,
 quod multum adeo inter se editiones hæ Germanicæ dissen-
 tirent.

(γ) *Com-* V. Digna interim, quæ commemoretur specialius
memora- præ reliquis, visa est editio, quam Theologus de orthodoxa
tur specia- Ecclesia præclarissime suo tempore meritis, Nicolaus Sel-
lius Ger- neccerus, publicari curavit Lipsiæ Anno 1581. in Folio, sub
manica, titulo sequenti: Colloquia, oder Christliche nützliche Tisch-
per Selnec- Reden Doctoris Mart. Lutheri, so er in vielen Jahren/ gegen
cerum pu- gelehrten Leuten/ und frembden Gästen/ und seinen Tisch-Ge-
blicata e- nossen/ nach den Hauptstücken unser Christlichen Lehre/ gehal-
ditio, cu- ten: Erstlich durch Herrn W. Johannem Aurifabrum seligen
jus recen- fleißig zusammen getragen/ und im Druck gegeben: Jetzt auff
sentur. neue in eine richtige Ordnung gebracht/ und also verfertiget/ daß
 (1) *titulus.* sie allen Christen sehr nötig/ nützlich und tröstlich/ sonderlich zu die-
 sen elenden letzten Zeiten zu lesen sind.

(2) *Memo-* VI. In Præfatione Editioni huic præmissa famam Lu-
rabilia ex theri, ob Colloquia Mensalia à non nullis læsam, pro virili
Præfatio- vindicat, contra Calvinianos imprimis, Editor, ita tamen,
ne quibus ut, quæ de æstimo scriptis Lutheri debito profert, non tam
exponun- de Colloquiis præcise Mensalibus, quàm potius aliis ejus-
tur circa dem indubitato genuinis scriptis accipi velit, eoque adducat
hanc edi- fine, ne sub contemptu Colloquiorum, Mensalium nimio,
tionem, indubitata etiam Lutheri opera contemni incipiantur. pro-
notanda. uti quidem ex his inter alia verbis colligimus: Daß sie (ad-
 versarii, imprimis Calviniani) fürwenden / Lutherus habe
 viel geredet/ und geschrieben/ sonderlich in den Tisch-Reden/ dese-
 sen man billig vergessen solte/ und die Widersacher damit wieder
 uns nicht stärken/ hören wir sie wol gehen/ und mercken leicht-
 lich/

lich/ wo sie hinaus wollen/ nemlich/ wie sie sich in diesen Streit
handeln/ so neulicher Zeit von ihnen auch in diesen Ehurfürstlichen
Sächsischen Landen/ Kirchen und Schulen erreget/ und meuch-
lich getrieben worden sind/ mit ihren eigenen Schreiben und
Practicken erkläret/ und gezeigt haben/ daß man die trefflichen
Geist/ und trostreichen Schrifften D. Lutheri ganz und gar
aus der lieben Obrigkeit/ und anderer Leute Händen bringen/
und beyseits thun und unterdrücken möchte. Denn das sie sa-
gen/ man habe sonst Bücher Lutheri genug/ ist ihr Ernst nie ge-
west/ sintemahl sie der Person/ und dem tapffern Cyver Lutheri
feinder sind/ denn die Papisten selbst.

VII. Quid autem in editione hac præstitum sit (ut de
titulo nunc non dicamus n. 5. adducto) in eadem præfatio-
ne indicatur, quando non sine magnis causis diligentius,
quam factum antehac (fleißiger und förmlicher/ denn anders-
wo zuvor geschehen) recusa dicuntur Colloquia. Unde hæc
etiam editoris fluxere. Was diese Tisch-Reden belanget/
wissen und bezeugen wir für Gott und der ganzen Christlichen
Kirchen/ daß sie ohne alle ärgerlichen Schimpff/ oder wie es die
zarten Brüderchen nennen/ Bossen/ geredt und geschrieben sind.
Christliche / liebliche / väterliche / treuherzige / nützliche Reden/
Erinnerunge / Vermahnunge / Beyspiele / Exempel / Fabeln/
Sprüchwörter/ und dergleichen artige Lehren und Unterweisun-
gen/ sind keines weges zu tadeln/ sondern zu loben und hochzu-
halten.

VIII. Et sanè non parum editionem hanc à reliquis
differre, & quoad accuratorem imprimis rerum selectum,
aliis anteferendam esse germanicis omnibus, ipsa ocularis
inspectio & accuratior collatio docebit. Quamvis tamen
nec negandum adeo sit, reperiri forsan in hac quoque edi-
tione aliqua, de quibus vera sunt, quæ in laudata præf. ad-
didit Selneccerus ipse, scribeus: Es ist ja Sünd/ und Schand/
daß die heillosen Verläumbder/ aus einen grossen/ schönen/ treff-
lichen Garten/ darinn allerley edle Bäume/ Früchte/ Kräuter/
und wolriechende Blumen sind/ und darunter auch etwa ein
stach

Simile eleg. Selneccer

stachlichtes sauer Kräutlein für die wilden Sau gefunden wird/ so bald auf solches herbe Kräutlein ihre Augen und Urtheil richten/ und derowegen den ganzen Garten/ samt allen edlen Bäumen und Früchten verwerffen und vernichten/ und nicht gedencken/ daß eben solch einig stachlicht Kräutlein für die wilden wüsten Sau dahin gesetzt sind.

(3.) Addi-
tamenta,
qua ei, ac-
cessere.

IX. Adjecta etiam videntur additamenta, hanc editionem non parum commendantia, qualia sunt (1.) descriptio vitæ Lutheri Germanica, conferenda cum Latina, quam notis illustratam edidit Magnificus summeque Venerab. D. D. Mayerus, ut altera ex alterâ suppleatur. (2.) Appendix circa singularia à Luthero monita, & illa, quæ Lutheri non sunt, sic enim habet titulus; Appendix, oder Anhang etlicher Materien/ so D. Martinus Lutherus erkläret ganz Christlich und nützlich/ deßgleichen Erinnerung von etlichen zweiffelhafftigen Reden/ welche D. Lutheri nicht sind. (3.) Index locorum Biblicorum in scriptis Lutheri expofitorum, &c. Quæ tamen omnia, quia ad nostrum non adeo faciunt scopum, pluribus non persequimur, accingentes nos potius (II.) ad considerationem Anglicanæ scripti hujus editionis, qua de ut paulo constet plenius, sequentia lubet notare.

p. Anglicana,

Adduci-

X. Prodiere, quæ collectore Aurifabro publicata, tur (II.) Germanicè diximus Colloquia Luthero adscripta mensalia, versio Col in Anglicum sermonem translata, studio Heinrici Bel, loquiorū pitanei sub Regibus Angliæ Jacobo, & Carolo I, Londini in Mensaliū s. An. 1652. apud Wilhelmum Du. Gard. quemadmodum per Auri- videre ipsa contigit Hafniæ in POTENTISSIMI AUGUSTISSI- fabrum e- MIQUE DANIARUM REGIS Bibliotheca, ad quam Theologus, ditorum, (quem in Ecclesiæ solatium & Reipubl. literariæ delitium in Angli- fervet Deus Benignissimus,) Celeberrimus, Magnificus cum idio- summeque Venerabilis D. D. Masius, Patronus & Mæcenas ma, ador- Opt. Max. Hospesque, cum ibi locorum degeremus, longè nata per exoptatissimus, facilem nobis paravit aditum, pro quo, uti & Bellum. innumeris summi erga nos favoris speciminibus aliis, publicas, quæ par est observantiâ, persolvimus grates.

XI In

XI. In ipso editionis hujus (ut quædam de illa præ- *Circa hanc*
libemus) titulo monetur, secundum collectionem Joh. notantur
Aurifabri versionem esse institutam. Subjungitur post (a) *inge-*
præfationem, generalia quædam contra Pontificios, & quas *vere que-*
dam Lutheri è scriptis Calvinianorum excerptas laudes *dam de E.*
auctore Thoma Thorowgood exhibentem, historica rela- *contentis.*
tio auctore Henrico Bello, quâ circa versionem & editio-
nem hanc quæ contigere memorabilia recensentur. Se-
quitur Præfatio Aurifabri verbotenus translata, & post hanc
capita tandem LXXX. ipsorum Colloquiorum, cum ap-
pendice vaticiniorum Lutheri per Georgium Waltherum
collectorum, &c.

XII. Quod si accuratius paulò versionem hanc pla- *(B) In spe-*
ceat considerare, erunt præcipuè tria, quæ notari circa eam *cie tria*
merebuntur. Primò scilicet nostræ sese offeret considera- *(1) versio-*
tioni memorabilis, qua ad laborem hunc suscipiendum, *nis occasio.*
adductus, imo pertractus fertur Interpres, occasio, quam ex
ipsa Henrici Belli relatione breviter commemorabimus.
Refert nimirum is, posteaquam per publicum Rudolphi II.
Imp. Rom. edictum, Gregorii XIII, P. M. instinctu emis-
sum, omnia Colloquiorum mensalium per Aurifabrum
editorum exemplaria igni adjudicata fuissent, nè, quemad-
modum hucusque factum, Reformatio, Lutheri cæpta mi-
nisterio, per Germaniam hujus inter alia beneficio scripti
tantos sumeret progressus, singulari Dei providentia A. 1626,
à Nobili tamen quodam Germano, Casp. de Sparr, in ru-
deribus antiquæ domus effossum esse aliquod scripti hujus
exemplar, sollicita cum cura ab Avo ipsius, durante quon-
dam persecutione hac ibi reconditum. Id, ne periret,
à Possessore suo transmittitur in Angliam Bello, tanquam
intimæ admissionis amico, sub conditione hac, ut prope-
diem in Anglicum idioma ad promovendum bonum pu-
blicum idem ipse transferret. Bellus, exemplar Germani-
cum nactus, adornandæ translationis initium facit equi-
dem, sed ob varia, quæ interveniebant obstacula, lentè opus
per-

persequitur. Elapso igitur sex hebdomadarum spatio post
 N. librum jam acceptum, media nocte, vigilantibus Bello senex
 quidam vestitu candido prolixaque barba apparet: hic
 aurem ipsi vellicando: mortalium, inquit, pessime, quid
 cessas temporis impendere aliquid versioni libri è Germa-
 nia ad te missi? Faciam brevi, ut & locus & tempus ad pro-
 missum præstandum tibi suppetat; Disparuit hisce prola-
 tis vir memoratus. Elapsis verò 14. diebus, cum die solis
 è templo domum rediret Bellus, accedunt ipsum famuli
 duo, in carcerem Bellum tracturi sine omni commemora-
 tione delicti, (quod nullum prorsus fuisse paulò post mo-
 netur, ubi narratur, quomodo jussu Thesaurarii raptus
 fuerit in carcerem, ne pecuniæ ipsi communicatæ solutio-
 nem urgeret Bellus,) tanta pœna digni. Captivus ita per
 decem annos in carcere hærens Bellus, quinque priores ver-
 tendis Lutheri Colloquiis impendit. Absoluta versione
 pervenit res omnis ad aures Archiepiscopi Wilhelmi Laud,
 (post decollati,) qui per Diaconum suum D. Bray & Ger-
 manici & Anglici exemplaris communicationem multas
 post preces tandem impetrat, & intercedente temporis sat
 longi spatio possessori remittit, addito, & de Libro hoc ju-
 dicio (quo pleraque probabantur, exceptis nonnullis, quæ
 omissa optasset) & pro impenso labore insigni pecuniæ præ-
 mio, factoque promisso de procuranda Regiis sumptibus
 Versionis adornatæ editione publica. Quid tandem? li-
 beratur è carcere Bellus, & in turbas incidit Wilh. Laud,
 non tamen negligitur prorsus nova Colloquiorum versio;
 innotuerat negotium Parlamento. Hujus igitur jussu de-
 putantur, quibus censura libri translati committitur;
 Quos inter Carolus Herle, & Edwardus Corbert d. 10. No-
 vembr. Anno 1646. suum de Libro hoc judicium sequen-
 tem fortè in modum tulerunt: *Reperimus in Libro Mensa-
 tium Lutheri Colloquiorum multos elegantissimos discursus Theo-
 logicos, dignissimos, qui lucem videant publicam quos inter suum*
 quem

quem de reali Corporis Christi in Cæna Domini presentia quondam habuit errorem revocavit Lutherus. Invenimus simul etiam varia minus convenientia, quædam requirunt unam alteramque micam salis, alia poscunt notam marginalem seu præfationem. Hac itaque ratione tandem uti in lucem publicam liber ipse prodiret, est demandatum.

XIII. Et hæc de occasione, prouti ipse quidem Bellus *Hujus (N)* eam in citata sæpius relatione narravit, prorsus memorabili, *veritas ex-* Utrum jam cum pura & simplici veritate, quam dicturum *penditur.* se toties promisit auctor, per omnia ea convenient, pluribus non placet dispicere. Sanè quæ de nimio Sermonum Convivalium Lutheri per Germaniam æstimo, (quod ad eo exaggeratur, ut etiam felix Reformationis progressus eidem adscribatur) itemque, quæ de Rudolphi II. in Protestantes & Lutheri scripta, colloquiaque in specie hæc, odio pluribus traduntur, *unam alteramq; micam salis, notamque marginalem* (ut verbis præmissæ censuræ utamur) requirere omnino videntur; siquidem nec in tanto librum hunc apud Protestantes unquam viguisse pretio, nec universali aliquo edicto tot sublata fuisse exemplaria, historiarum hæctenus monumenta nos docuerunt. Quid quod tantum absit, ut gl. m. Imp. Rudolphum II. ceu hostem Protestantium Historici nobis describant, ut potius velut *Principem pacis religiose amatorem, & ad invidiam usque bonum ac laudabilem* (verba sunt B. Morhofii in Historia universali MS. C.) eundem adumbrent. Conferantur alios inter Christoph. Helvicus speciali oratione in obitum Imperatoris habita, & Rupertus *observ. in Synopsis Bosoldi p. 712.* unde sequentia adducere placet: *Rudolphum II. nemo unquam reprehendere ausus est, nisi facerrimi bellorum Germanicorum concitatores, & Circæis veneficiis demerati alastores. Talis est Daniel Eremita, nefarius apostata; cujus verba, quæ reperiuntur in itinere Germanico, recitare, nolo. Scilicet optimus Imperator, divorum Pa-*

iris & Avi vestigiis insisteris, consilium Christiane pacis amplexus erat; & ob id furiosis istis minimè placere poterat. Sed bene habet; est enim argumentum recti, malis, & malorum eximio Danieli Eremita displicere. Nos Rudolphum inter Heroes collocamus meritò, qui cerberorum rabiosis latratibus piissimas aures clausit; & summa prudentia cavuit illud incendium, quod ejus post mortem accensum devastavit totam patriam, nec dum cessat; sed velut novas subinde vires acquirens, irruptionibus exterarum nationum, non secus ac flatu ventorum, irritatur. Rudolphus Turcam potius, communem hostem, submovendum censuit.

(2) Casus
recensetur
non dissi-
milis, qui
Scaligero
quondam
contigit.

Nb.

XIV, Verum stet hic iudicium penes Lectorem Be-
nevolum. Nos, prouti retulit Bellus ipse, nudè omnia recen-
sere modo voluimus. Nec interim possumus, quin men-
tionem casus alicujus non adeò dissimilis ea occasione in-
jiciamus. Contigit is Julio Cæsari Scaligero, & refertur à
filio ipsius Josepho in Ep. ad Janum Doufam data, in qua
parentis sui vitam describit filius, quæ prodiit juxta cum
aliis Lugduni Batavorum Anno 1594. Sic autem ibi p. 48.
de parente suo Josephus Scaliger: Cum (Parens, J. C. Sca-
liger) heroum suorum opus contexens ad multum noctis lucubras-
set, absoluto libro, post cenulam quiete compositus imaginatus est,
in eade Maria Antiquæ Veronensis, ubi sunt monimenta gentis no-
stræ, hominem procerum, ac gravem sibi obviam factum secum ex-
postulare, quod se inter Heroas suos non collocasset; orare igitur,
ut hoc faceret: se Benedictum Brugnolum esse, domo Leniaco, qui
patrem Benedictum ac patruos literas primas docuisset: ipsum
quod puerulum aliquando inter ulnas gestasset. Venetiis se ulti-
mum diem obiisse, ibique sepultum esse. Experrectus somnium
elegia elegantissima expressit, quæ calci Heroum addita est. Ipse
verò nunquam scivit, quis esset Brugnolus ille, neque quid porten-
deret somnium. Et profectò ego quoque nihil unquam aliud,
quam somnium credidi, donec An. 1566. cum essem in Italia, &
M. Antonio Mureto exposuissem me habere in animo Venetias
proficisci, ille inter alia, quæ in ea urbe digna cognitu sunt, refere
monimentum esse Benedicti Brugnoli Leniacensis, excellentissimi

evo

avo suo Grammatici, qui ut ejus epitaphium fert, & Principes & proceres avi sui in Norico literas docuerit. Id si pulchrum dignum esse, quod studiosos antiquitatis oculos moraretur. Neque tamen magis memineras Muretus somnii patris mei, quam pater meus sciebat, quis esset Ben. Brugnolus. Legat totam elegiam, qui volet, & inveniet, quod satis mirari non possit.

XV. Non ingratum B. L. futurum credimus, si, cujus hic meminit Scaliger, elegiam subjiciamus. Sic autem illa, prouti sub finem *Heroum* p. m. 337, & 338. legitur, se habet:

Benedictus Brugnolus. *Somnium non fictum, de re tamen penitus ignota mihi.*

Vera canam: vos vera Dea spirate canenti:
Et date nectareos in mea verba modos.

Finieram heroos multa de nocte labores,

Præbuit inde levem sobria mensa cibum,

Umbra sibi hibernas bis sex exegerat horas:

Membra quies molli blanda refecit ope.

Visus eram augusti Sancta in penetralia templi

Audacem à primo limine ferre pedem.

Letus ibi tumulos, tumulisque imposta trophæa,

Martiaq; armate corpora stare manu,

Qualia Scaligero sunt conspicienda sacello,

Quod nostra antiqui nomine, signa capie

Dum miror; celso Vox est mihi reddita muro.

Si memini, murum hunc marmora pura tegunt.

Sum Benedictus ego; Brugnolum secula dicunt:

Ipse tuum docui prima elementa patrem;

Et patrem & patruos, totamq; ab origine gentem,

In quam sum accitus, Norica terra fuit.

Noricus huc à Leniaco me Cesar adegit:

Cui genitor pacis nomina ferre dedit.

Primus eò Latias adduxi candidus artes,

Græcæq; non noro tunc elementa sono.

Te quoq; vix natum tremulis gestavimus ulnis:

Profuit & si quid: vota Precesque tui.

Heu quod non licuit, raram tibi texere laurum:

Dum decus hoc aliis fata parare Volunt:

Nec noctes vigilare tibi nec condere luces.

Sors fama ad cumulum defuit illa mihi.

Dura Pater, patruiq; simul sunt arma secuti,

Me Veneta externo pulvere terra tegit.

At tu, per generis monumenta insignia vestri,

Quaq; tibi à magnis gloria venit avis.

Exipe me ingratis ó nunquam ingratis tenebris:

Et novus heroo nomine surgat honor.

Ista simul, simul ecce cavi de fornice muri

Exilit ingentis maxima forma viri.

Et porrecta meo circumdans brachia collo,

Hoc tollam, inquit, ego summa sub astra caput.

Magnus ego & celso surreptus corpore: Verum

Pectore tum toto grandior ille fuit.

Nunc quoq; cum scribo, trepidos rigor occupat artus:

Et stupida à facie lumina splendor habet.

Parcite Brugnoli, mihi jam nova numina, manes.

Nulla aures tetigit nominis aura meas.

Cum pater exactos memoraret sedulus annos:

Posse reor nomen forsán habere tuum,

Te tamen ut jusfisti habeo pro numine vero,

Sive opus est sacro carmine sive focis.

Sandte vale: patremq; meum, patruosq; saluta.

Teque precor similem saepe redire mihi.

Observa-
tur (2.)
Causaim-
pulsiva pu-
blicata
hujus ver-
sionis.

XVI. Sed ex diverticulo in viam! Revertimur ad Anglicam sermonum Lutheri convivalium versionem, & circa eam secundo loco observandum monemus, tam in relatione Belli Calviniani, quam in lato de scripto hoc iudicio, ceu causam novæ translationis publicandæ à fidei suæ sociis allegari revocationem, quam Lutherus in scripto hoc circa articulum de Cœna, & controversiam de reali Christi in Sacramento hoc præsentia, fecisse creditur. XVII.

XVII. Equidem novimus etiam alias solenne esse ex Reformatorum Cœtu plurimis, quod suam in controversia de Cœna sententiam ante obitum mutaverit Lutherus, asserere. Conf. inter cæteros Joh. Rainoldus in *censura librorum Apocryphorum* p. 53. unde è Colloquiis etiam mensalibus quædam, quæ ut huc traherentur commoda sunt visa, a vide fuisse arrepta, non miramur. Cæterum cum pluribus de iis agere alieni sit fori, relegamus modo Lectorem, quantum ad generalem hujus quæstionis considerationem attinet, ad Per. Illustris Seckendorffii *de Lutheranismi Comm.* L. 3. sect. 37. §. 16. p. 693. ubi argumentis planè invictis probatum videbit, ad ultimum vitæ halitum usque adeo in orthodoxa de Cœna sententia perstitisse Lutherum, ut etiam dissentientes ex Calvinianorum Cœtu denuo se refutaturum esse acriter, si viveret, proxime ante obitum promiserit. Quemadmodum veritatem etiam hanc manifestam agnovit Maimburgius, Pontificiis, qui Luthero in doctrina etiam hac in constantiam non rarò solent attribuere, meritò opponendus, L. 1. Sect. 50. *Lutheranismi* scribens: *Bona fide laus hæc tribuenda est Luthero, quod nunquam errorem Sacramentarium ferre potuerit, sicuti nec hodie Lutherani illum in Calvinistis ferunt, quantocunque nisu bi unionem cum iis moliti fuerint.* Quid autem in specie ad argumentum ex Colloquiis mensalibus desumptum responderi possit, patebit ex inferius dicendis.

XIIX. Notamus denique circa versionem hanc tertio, discrepare eam ab editione Germanica, imprimis quæ prodiit Anno 1566. Islebii per Urbanum Gubisch in haud paucis, quemadmodum idem nos docuit in literis suis Admodum Reverendus atque Amplissimus Dn. Rudolphus Grischovius, Ecclesiæ Ohranæ apud Gedanenses Pastor Vigilantissimus, Fautor & studiorum Promotor omnino honoris cultu prosequendus, cujus informationi multum nos hac in parte debere grati profiteamur. Utrum autem hæc discrepantia studio ab interprete admissa fuerit dataque opera

Quæ & examina- tur.

An Lutherus suam in g'trovers. d' Cœna sententiam mutaverit? Mey

Notatur (3.) discrepantia hujus versionis à Germanica editione.

an verò ex varietate exemplarium, quæ multum inter se sæpe distant, Germanicorum, (V. n. 4. p. 6.) ortum suum traxerit, quia ipsum, quo interpretis usus est, exemplar, quale fuerit, nobis non constat, nec asserere audemus.

3.
p. Latina

Produci-

tur (III.)

Restat tertio ut de Latina ejusdem editione quædam etiam

Editio La-

dicamus. Prodiit illa sub titulo: *Colloquia, Meditationes,*

ina, qua Consolationes, Consilia, judicia, sententia, narrationes, responsa, fa-

de notan-

cetia, D. Martini Lutheri, pia & sancta memoria, in mensa pran-

tur (a) in die & cæna, & in peregrinationibus observata & fideliter tran-

gere

scripta Tomis duobus in 8. Francofurti ad Mœnum; priori

quædam.

XIX. Et hæc etiam de Anglica scripti hujus versione, Restat tertio ut de Latina ejusdem editione quædam etiam dicamus. Prodiit illa sub titulo: *Colloquia, Meditationes, ina, qua Consolationes, Consilia, judicia, sententia, narrationes, responsa, facta, de notantia, D. Martini Lutheri, pia & sancta memoria, in mensa prantur (a) in die & cæna, & in peregrinationibus observata & fideliter transigere scripta Tomis duobus in 8. Francofurti ad Mœnum; priori quædam.* Tomo adscriptus cernitur annus 1558. posteriori Anno 1571. In ipso titulo hæc adjicitur nota. *Ne erres Lector, scias hæc non ex D. Aurifabri, sed ex alterius collectione ante annos 10. ad editionem parata, sed hæcenus propter certas causas suppressa ad nos pervenisse. Præfatio adornata est per Henricum Petrum Rebenstock, Eschersheymensis Ecclesiæ Ministrum, ex qua notari merentur præcipuè hæc: Variè Martinus Lutherus Verbum Dei tractavit, non solum in Concione, verum etiam in domo sua, in mensa, in peregrinationibus suis egregiè Verbum Dei annunciavit ac celebravit. Ejus Colloquia ac Consilia Germanicè descripta per Typographos in lucem edita sunt. Ut autem Colloquia Mart. Lutheri pia ac salutaria omnibus, non solum Germanis, sed etiam Italis, Gallis, aliis nationibus, peregrinisque hominibus, linguam Germanicam nescientibus, innotescerent, pius quidam Vir, Evangelicæ veritatis amator, in Dei laudem utilitatemque Ecclesiæ Colloquia Martini Lutheri Latinè conscripsit, multa tamen dicta Germanicè interposuit. At quia Typographi doctorum piorumque Virorum consilio Martini Lutheri Colloquia Latinè in lucem edere proposuerunt, viri pii fidelissimique petierunt à me, ut Germanicæ illa dicta & verba in Latinum sermonem verterem. Et quamquam hoc munere me indignum judicabam, tamen propter Ecclesiæ utilitatem, & ut Verbum Dei omnibus notum fieret, Deusq; in omnibus linguis celebraretur, gravissimum hoc suscepi onus, & pro ingenii mei tenuitate solius Dei auxilio magna*

magna diligentia dicta Germanica in Latinam linguam propter eos, qui Germanicam linguam ignorant, transtuli.

XX. Post præfationem subjuncta sunt *Weisii*, *Patricii Francofordiani ad Mœnum carmen in Lutberi effigiem*, & *Job. Stolsii disticha quædam de Lutberi vita & præcipuis rebus gestis*. Hæc excipiunt ipsa colloquia, in certos titulos disposita. Servat eadem in exquisitissima sua Bibliotheca Magnif. Summeque Ven. D. D. *Kortholt*, qui pro summo in nos favore eadem nobis ad usus nostros quàm benignissimè haut ita pridem communicavit.

XXI. Prolixum foret nimis, quædam inde decerpta, communicare, nec tamen possumus, quin ex iis, quæ circa (B) *Non-lectionem* observavimus. pauca saltem adducamus. Cer- *nulla in*
tum est (I) *elegantia* quædam, & quia in Germanicis, *specie.* a.)
quantum sciam, editionibus non leguntur, dignissima, quæ lucem videant publicam, hic sese offerre. Observari etiam meretur (II.) quæ hic videntur collecta, non modò super mensam, sed etiam occasione variarum circumstantiarum prolata à *Luthero* esse, imò ex variis quoque *Ejusdem* & *Epistolis* & *Concionibus* sæpe esse deprompta, uti ex T. I. p. 85. a. fit manifestum. De collectore nihil certi (III.) invenire licuit. Ex iis autem, quæ T. I. sub titulo: *Mundi ingratitude & malicia* p. 95. a. habentur hunc in modum: *deinde conversus ad me dixit, Antoni, firmiter persiste, & ne sinas te deterrere hoc. Mundus non percipit fidem, charitatem, crucem: imò abhorret crucem s. malum, ignarus quod sub ipsa virtus Dei & fides exercetur & ostenditur, charitatem fugit, quæ propter Deum benefacit gratis. At mundus gloriam præmium, & retributionem, fidem ignorat, esse fiduciam necessariam in gratiam Dei, sed arbitratur esse opinionem de Deo justitiam exigentem, sic objecta harum virtutum non videt; ut & notâ marginali hisce adscriptâ sequenti: Antonius *Lauterbach Superattendens Pyrnensis*; colligi posse videtur, in hac quoque editione perinde ac in *Aurifabri* plurima ex collectionibus *Lauterbachianis* esse deprompta. Unde (IV.) mirum non *d.)*
est, *C 2**

est, multa eodem prorsus sensu exhiberi hic, quo leguntur apud Aurifabrum. Tandem (V.) quod in collectione Aurifabri circa selectum minus probè observatum, à Celeberrimis quoque desiderari Theologis videbimus infra, idem, si non per omnia, in aliquibus tamen, etiam in hac collectione desiderare Lectorem accuratum quandoque posse non negamus, etsi meliorem, tamen in hac, quam Aurifabri editione reperiri selectum forsitan necesse inficiaturum eundem speremus.

II.
de scripti hujus
autoritate

XXII, Et hæc de membro priori. Postulat jam promissa ratio, ut ad posterius etiam pedem promoveamus, scriptique, de quo egimus hætenus, in quocumque demum editum sit idiomate, apud Protestantes auctoritatem expendamus. Antequam autem de iis, quæ in specie huc pertinent, moneamus quicquam, in genere de scriptorum Lutheri, etiam indubitato genuinorum dignitate, quæ monere consueverunt Orthodoxi, præsupponimus, cum iisdem, illa ab Augustino quondam de Cypriano L. 2. contra Cresconium C. 32. prolata, ad Lutherum quoque applicantes hoc modo: *Nos Lutheri literas non ut Canonicas habemus, sed ex Canonicis consideramus, & quod in iis scripturarum divinarum auctoritati congruit, cum laude ejus accipimus, quædã de quod non congruit, cum pace ejus respicimus; nec refutatione dignantes ea, quæ seu ex Pontificiis Hosius in confutatione te scriptorum prolegomenorum Brentii T. 1. Opp. L. 1. de legitimis iudiciis Lutheri etiam hinc, Deum nostrum, (Protestantium) cui fides habetur indubitata, cum Dei Verbum non aliter agnoscat, nisi quod ab illo to genuinorum præmittuntur.* provocans, & Stanislaus Rescius in Dedic. præf. T. 2. opp. Hosii, Lutheranos templa Deo consecrasset scribens, ut Deo suo Lutbero sacra facerent; seu ex Calvinianis Wendelinus in Exercit. Collegio Anti-Wendeliniano Gerbarde oppositis Exc. 69. § 13. p. 1148. Lutherum pro Deo Theologorum haberi ajens, protulere, siquidem vel ex tot nostratium modestis adeo de Luthero iudiciis contrarium sole meridiano cla-

1.

clarius appareat, neque, si retorsione placeret uti, de adver-
sariis id asserere difficile futurum esset, cum Papam Deum *Papam pro Deo haberi,*
haberi à Papistis extra controversiam sit, teste Bellarmino
Reip. ad Tr. Gersonis de Excomm. valore. Calvinum vero *Calvini æstimium*
eum æstimari, ante quem secundum Apostolos neminem, & post
quem omnino neminem reperiunt Calviniani, qui vel cum eo con-
tendi possit, vel si contendatur, non longo intervallo superetur, in-
terprete Al. Moro in suo Calvino p. 11. seq. discamus.

XXIII. His itaque circa librorum à Luthero indubita-
tò professorum auctoritatem in genere ita præsuppositis, *(II.) in spe-*
si jam in specie de æstimio Sermonum Eidem adscripto- *cie descen-*
rum convivalium determinare aliquid placeat, distinguere *ditur ad*
liceat (I.) inter Colloquia Lutheri Mensalia, & inter librum *questionē*
Colloquiorum Mensalium Lutherum, ceu liberioris inge- *de aucto-*
nii Virum, frequentes super mensam quoque cum eruditis- *ritate ser-*
simis ejus ætatis viris sermones aluisse, nulli negamus, ne- *monum.*
que ex his quædam, imò plurima etiam, eaque longè utilis- *Conviva-*
sima, in scripto, quod sub titulo colloquiorum Luthero *lium. Ubi*
adscribitur, asservata esse inficiamur; ne utiquam tamen *(1.) Distin-*
eo ipso statim concedimus, integrum prouti vulgatus est *guitur in-*
Sermonum Symposiacorum Librum esse Lutheri, siquidem *ter Collo-*
hic ipse à Luthero nec visus, nec approbatus, sed post ejus *quia Lu-*
demum obitum ex MSC. variorum collectaneis confarcina- *theristen-*
tus est. Ubi sanè (ut nostra faciamus, quæ in Tr. de Cam- *salia & li-*
Scripturæ commentatur p. 38. Magnificus summeque Ven. *brum Col-*
D. D. Korthold, in rhapsodica ejusmodi consignatione fieri per- *loquiorum*
quam facile potuit, ut sermones Lutheri ab eo, qui in literas retu- *Mensaliū.*
lit, non satis percepti fuerint, aut etiam memoria non usque ad id
fideliter scriptori illos suggesserit: neque enim crediderimus, o-
mnia, quæ in libro isto habentur, inter prandendum fuisse con-
signata; sed plurima haud dubiè Domi in museo, prout memoria
(quæ facile in talibus imponere nobis potest) suggessit, in chartam
conjecta sunt. Hinc quando scriptum sæpe commemoratum
allegari debet, accuratius Aurifabrum, Bellum & Reben-
stockium in Colloquiis Lutheri Mensalibus, quam Luthe-
rum in Colloquiis mensalibus citari autumamus.

Alia (2.) dicitur questio es, utrum volumen Colloquio-rū pro u-cili an pro-genuino Lutheri scripto habendum. XXIV. *Aliam (2.) dicimus esse quæstionem, quæ, utrum liber Colloquiorum Mensalium ob genuina quædam in eo asservata Lutheri dicta summam mereatur commen-dationem, maximamque præstare possit utilitatem, in pri-mis huic, qui de collectione totius libri probè informatus, bene ordinata ab iis, quæ minus accurato collecta sunt ju-dicio, novit discernere, expendit; & aliam, quæ, an omnia in Scripto hoc obvia, sic, prouti ibi sistuntur, Lutheri sint, adeò etiam, ut ea propter libris Megalandri indubitato ge-nuinis accenseri idem, atque ad id, ubi de Lutheri in hac vel illa re dubia controvertitur sententia, tutò provocari possit, & debeat, disquirat. Priorem quæstionem affirma-mus, nec vel in dubium vocare ullatenus audemus, poste-riorem v. negandam esse existimamus.*

(3) Distinguitur in ter genuina & supposititia Lutheri Scripta. XXV. *Quamobrem, his ita præmissis, distingui posse, salvâ tamen dissentientium auctoritate, putamus inter ge-nuina & supposititia Lutheri Scripta. Ne terminorum verò imponat nobis ambiguitas, antequam ad ipsa sub nomine Lutheri exstantia scripta fiat, applicatio allegata distinctio-nis, quid per genuinum, quidque per supposititium in-telligi possit, & in præsentiarum debeat, monere in anteces-sum placet.*

Scriptum genuinum quid? ubi (2) exponitur, quid (a) strictè & latè genuinum dicitur.

XXVI. *Scilicet dici potest genuinum aliquod Scri-ptum duplici modo. Strictè (1.) illud titulo hoc meretur insigniri, quod Auctor, cujus vulgatum est sub nomine, ipsemet solito elaboravit seu conscripsit studio, ut in lucem publicam prodiret. (2.) Latè genuinum vocare, licebit Librum eum, qui, etsi memorato ab auctore non elabora-tus modo; verùm ab aliis potius ex iis, quæ profecta quon-dam ab ipso fuere, collectus sit, ab eo tamen, cui adscribitur, revivus, & pro fœtu legitimo, dignoque qui lucem videret publicam, deprehensus est. Prioris Ordinis scripta à Lu-thero exstare non negamus, siquidem Translatio Biblica eo præprimis spectat, quæ ipsa Viri Beatissimi manu quam ac-curate fuerit consignata & correctâ, docuit nos versio C. 7.*

Holca

Hofea, qua de in exquisitissima sua Bibliotheca authographum ipsum servat Magnif. summeque Vener: D. D. Mayerus, quod ex summo summi Viri in studia nostra Favore, inspicere quondam contigit; sed & ad posterioris ordinis scripta ex iis, quæ à Luthero hodiè habentur, multa, imò plurima, referenda esse, discimus vel ex præf. T. I. *Antiquorum Lutheri Monumentorum, Autographorum Lutheri aliorumque celebriorum Virorum in Serenissimi Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducis RUDOLPHI AUGUSTI Bibliotheca manuali reconditorum* præmissa p. 25. ubi hæc leguntur: *pleræq; Lutheri enarrationes calamo viri proprio non sunt consignata, ex ore verò differentis à sedulis scribis, Doctisq; viris, Stephano Rodi, Georgio Rorario, Vito Dieterico, Casparo Crucigero, aliisque, ut fieri potuit, excepta, descripta inque ordinem redacta, quas perlectas pro suis agnovit, & haberi non recusavit.*

XXVII. Suppositivus deinde liber aliquis dici potest duplici ratione. Strictè (i.) titulo hoc dignus est is, qui ab ineptis posteaquam confarcinatus fuit compilatoribus, scriptori, cujus de laboribus nihil tamen jure sibi vindicare potest, ad decipiendum Lectorem incautum falsò attribuitur. Quorum (ut exemplo rem illustremus) in censum veniunt tot in antiquitate famosa scripta, à nescio quibus sutoribus fabularum (ut cum Augustino L. 22. contra Manichæum C. 79. loquar) sub Apostolorum nomine scripta, qualia sunt tot Evangelia, Constitutiones, Acta, Traditiones, Revelationes, &c. quorum Catalogus in jure Canonico C. *Sancta Romana* Diff. 15. exhibetur, quæ pro apocryphis, id est, propter varia falsa & erronea immixta periculosis ac noxiis agnovit Hieronymus in E. XIV. 4. commentans, *Apocryphorum deliramenta conticeant. De quibus verè dici potest, quod sedeat Diabolus in insidiis cum divitibus in apocryphis, ut interficiat innocentem. Et iterum: insidiatur in apocrybo quasi leo in spelunca sua; insidiatur ut capiat pauperem.* Ac Ep. 7. Latam quomodo instituere debeat filiam, docens: *Caveat omnia apocrypha, etsi quando ea, non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reve-*

Quidque Suppositivus liber quid?
(B) Strictè
& late vocetur suppositivus.

rentiam legere voluerit, scias, non eorum esse, quorum titulis praenotantur, multaque his admixta vitiosa; & grandis esse prudentiae, aurum in luto quaerere. Ut & Augustinus L. 15. C. D. C. 23. Multa, inquit, sub nominibus & aliorum Prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum, ab haereticis proferuntur, quae omnia sub nomine Apocryphorum autoritate canonica, diligenti examinatione remota sunt. Quibus & ea, quae sub scriptorum Ecclesiasticorum nomine vulgo, sed falso saepe, circumferuntur, merentur accenseri, quae quomodo à genuinis discerni possint B. Gerhardus in *Patrologiâ*, Hyperius de *ratione studii Theologici* L. 4. c. 9. *Observ.* 3. p. 688. Scultetus *Aphorismis*, de fructuosa lectione *Patrum Medulla* praemisissis; Rivetus in *Crit. sacro*, Dallæus de *verousia Patrum* p. 60. Cocusin *censura scriptorum*; Holdswarthus *Leet.* 37. p. 328. Spanhemius *introducet. ad Historiam N. T.* p. 120. Cave in *Historia literaria*, & alii plures nos docuerunt.

XXIX, Potest (2.) latè supposititius dici liber hic, qui malevolorum non equidem fraudibus elaboratus, neque nihil prorsus de Viri, cui tribuitur laboribus participat, verum pro varietate circumstantiarum mox plura, mox pauciora à scriptore, qui pro auctore deinceps venditatur, quondam profecta exhibet, inscio tamen seu invito eo, cui adscribitur totus, ex iis, quae Auctor vel plane non, vel certè non, prouti post modum prodire in publicum, evulgari voluit, collectus est ab his, qui bona quidem intentione publicis inservire commodis volvere, mediis tamen minus æquis & probatis ad finem suum obtinendum usi sunt. Qualia forsitan scripta supposititia dicere posses carmina Sibyllina, specialissimas in Christi Historia circumstantias recensentia ex mente quidem illorum, qui pro defendenda Religionis Christianæ contra infideles veritate sic eadem à Patribus Ecclesiæ primæ elaborata esse sentiunt, ut quaedam tamen ex Sibyllinis carminibus genuinis voces, sed ad alium applicatæ sensum, vetentæ fuerint; in cujus tamen sententiæ veritatem pluribus nunc inquirere nostri non est loci.

XXIX.

Scripta Ecclesiastica falsa
à genuinis quòd discernenda?

Carmina Sibyllina

XXIX. Hæc si jam ad Colloquiorum Mensalium vo- (2) Sit ap-
lumen placeat applicare, statuimus, in quocunque demum *plicatio*
idiomate & à quocunque collectore publicatum sit, idem *ad Collo-*
(1.) genuinis Lutheri scriptis nec strictè nec late sic dictis *quia Men-*
accenseri posse, quia nec ipsa Lutheri manu elaboratum, *salia, que*
nec prouti ab aliis ex ore Lutheri fuit collectum, ab ipso re- *annume-*
visum, correctum, proque genuino agnitum unquam id *rantur li-*
fuisse novimus, sed post obitum potius Viri Incomparabilis, *bris Lu-*
quæcunque hoc sub titulo hodiernum reperiuntur, publi- *theri sup-*
cata esse nemini non constat. Neque tamen (2.) suppo- *positiis, late dictis,*
sititiis strictè sic dictis eundem accensere librum possumus,
absit enim, ut de optima optimorum Virorum intentione,
sinistrum adeò feramus judicium, cum nihil ex malitia
Luthero hic tributum esse probè sciamus, verum quicquid
à genuina Lutheri mente forsan abit, ex incuria potius ad-
jectum esse existimemus, vi dictorum n. 23. p. 17. ut adeò
nihil probet Wendelinus, quando auctoritatem hujus scri-
pti contra orthodoxos propugnaturus l. c. p. 1374. pro
solenni sibi virulentia, *Neque, inquit, ullomodo verisimile est,*
quicquam hic ab adstantibus vel assidentibus affictum esse Luthero,
quem tanquam Numen coluerunt, ita, ut ludicra quævis pro ora-
culis habuerint. Proinde (3.) *supposititiis late sic nomina-*
tis Librum hunc *annumeramus,* quia etsi quædam Lutheri
dicta asservet, ex his tamen, quæ Lutherus vel planè non,
vel certè non, uti jam videntur edita, publicari voluit, post
fata demum ipsius collectus, sicque inscio eo prorsus & in-
vito in lucem prodiit.

XXX. Illud autem judicium non modo de Editione, *Applica-*
quæ collectore Aurifabro vulgata est, sed etiam de omni- *tur hoc ad*
bus aliis, quocunque demum veniant nomine, ferri debet; *omnes E-*
siquidem etsi certum sit ob majorem & accuratiorem sele- *ditiones,*
Etum alteram ex his alteri esse præferendam, certum tamen *salva ta-*
etiam maneat, nullam ex omnibus illis collectionibus à Lu- *men Edi-*
thero vel elaboratam, vel cum ab aliis consarcinata esset, *tionu ac-*
revisam & correctam fuisse, verum extra controversiam *curatoru*
posi.

D

posi.

præroga-
tiva.

(X) Præ-
bentur
benedicimus
dicta au-
toritate
(1.) B. Lu-
theri.

positum sit, post fata demum Lutheri omne negotium suis-
se susceptum.

XXXI. Ut vero de Convivalium sermonum volumi-
ne sic judicemus, præter argumenta ex rei ipsius circum-
stantiis desumpta & jamjam breviter delineata, movet nos
imprimis (1.) ipsa Lutheri nostri auctoritas. Novimus
enim (a) studium Virum summum in edendis suis scriptis
impendisse adeò accuratum, ut etiam cum typis jam man-
danda eadem essent, variis tamen ea emendare modis non
intermiserit. Audiamus ipsa ejus verba in præfat. Enarrat.
Epistol. & Evangel. Dom. ab Epiphan. usque ad Paschatos
festum, Witteb. 1525. in 4. Im corrigiren/ muß ich oft selbst
endern/ was ich in meiner Handschrift habe übersehen/ und un-
recht gemacht/ daß auf meiner Handschrift exemplar nicht zu
trauen ist. Hæc autem si conferantur cum præ postera, qua
primo in lucem protrusa sunt colloquia mensalia metho-
do, in quoniam eadem apud ipsum, quem præ se ferunt,
auctorem, pretio futura fuissent, nos docere possunt. Quid-
quod (2.) ex indubitatis ejusdem libris discamus, a con-
signatione eorum, quæ super mensam protulit, prorsus Vi-
rum beatissimum abhorruisse. Sic enim in Libro quem
vocavit Haus-Postill f. 267. scribit: In S. Augustini Bü-
chern findet man viel Sprüche/ welche Fleisch und Blut gere-
det haben/ und ich muß auch von mir bekennen/ daß ich viel Wor-
te rede/ welches nicht Gottes- Worte sind/ wenn ich rede außers-
halb dem Predig-Ort dahel/ über Tisch/ oder sonst. Unde
(3.) concludimus ipsum Lutherum, si volumen colloquio-
rum mensalium invito sic & inscio ipso editum, videre
potuisset, idem imo longè durius laturum fuisse de eo judi-
cium, quod cum *conciunculas quasdam ejus amico cuidam præ-*
scriptas 1537. absente eo & inscio typis mandatas vidisset,
protulit in præf. iis præmissa T. III. J. L. f. 522. b. 523. a-
sic autem ibi. Vir Ingenuus pro candore sibi consveto.
Has cogitationes meas, cum resurrexisssem à mortuis & domum
reversus essem his diebus, inveni raptas sub incudem Typographi,

Et aliquanta parte excusas. Effuderam autem eas Amici cujus-
 dam gratia sub prandis & cenis, non ut in publicum ederentur, sed
 ut ille haberet, quo sese exerceret, aliquo exemplo tractandi &
 docendi Verbi. Nunc etsi ego frustra indignor & irascor, esse in
 publicum raptas, cogor etiam aliorum amicorum urgentibus pro-
 cibus, Prefatione ornare, cum tamen nihil habeam, quod dicere
 possim, nisi quod negare non audeo, mea esse & cogitata & verba.
 Verum si justo tempore & loco licuisset, saltem paulò uberiora &
 pleniora potuissim vulgare. Si quibus igitur ista jejuna & egena
 fragmenta placent, placeant sane, me vel invito & favere coactio.
 Rogo tamen per Christum, pios meos fures (scio enim id eos face-
 re candido & sincero animo) ne faciles sint ad edendum, neque
 me vivo, neq; mortuo, si quid, vel per insidias me vivo furati fue-
 rint mearum cogitationum, vel me mortuo habuerint jam antea
 sibi communicatum. Quando enim sustinere cogor personam,
 talem ac tantam, presertim tali tempore, necesse est, me dies &
 noctes aestuare & abundare cogitationibus mirabilibus, quas me-
 moria imbecillitas, (infinita enim sunt) cogit in chartam duobus
 aut tribus verbis signare, velut rude chaos, aliquando, si opus esset,
 formandum. Has autem furto aliquo vel domo ablatas, ede-
 re, certe ingrati & inhumani ingenii esset. Sunt in eis, ut sumus
 homines que humana, imò carnem sapiunt. Dum enim soli sumus
 & disputamus, sepius etiam irascimur, Deus videt nostras istas egre-
 gias sapientias, quibus coram eo gesticulamur -- Sed si in publicum
 proderentur, ne ego Fabula pulcherrima fierem omnium fabula-
 rum totius mundi. Non quod impia & mala sint, qua sic ardens
 cogito, sed quod pra nimia sapientia stulta sint, etiam me ipso ju-
 dice, post refrigeratum calorem inventionis, -- Quare iterum oro,
 ut sine me nihil meum edat ullus Amicus, aut ipse subeat onus &
 periculum operis testimonio aperto. Hoc & charitas & justitia
 requirit.

XXXII. Non exiguum etiam nostrae huic sententiae (2.) No-
 robur addunt successores Lutheri, summi orthodoxae Ec- stratum
 clesiae Theologi, idem prorsus quoad rem & sententiam de Theologo-
 scripto hoc iudicium ex mente totius Ecclesiae orthodoxae rum, Idem
 ferent.

nobiscum ferentes. Conf. B. Gerhardus in II. Ep. Petri p. 272. in Exeg. dicentium L. 1. de Scriptura §. 113. p. 143. in Volumine Diss. Theolog. p. 1210. & quoad B. Mullerus Lutheri defensi p. 284. & defensione defensi Lutheri verum p. 12. B. Hutterus LL. CC. p. 23. & 634. Nochmahlige Haupt- Bertheidigung des H. N. Reichs Aug. Npfels p. 353. Fernere gründliche Offenbarung des Unecatholischen Papstthums p. 430. B. Balduinus in Antipazmanno p. 262. 443. B. Geierus in Ecclesiasten p. 6. B. Hulsemanno in Anti-Bellarmino p. 23. B. Kromayerus Theol. Posit. Polem. p. m. 25. B. Mengerling in Informatio Conscientie p. 928. B. Tenzelius gründliche Retung der Lutherischen Kirchen contra L. Grom. p. 253. B. Scherzerus Breviario Hulsemanniano p. 576. D. D. Kortholt. de Canone Scriptura p. 38. & 50. D. D. Osiander. Th. Cas. III. p. 317.

& quoad verba. XXXIII. Quid quod nec desint, qui quoad verba idem etiam nobiscum asserant; Conf. alios inter memoria Thaumasiandri Præsidi B. Dannhauero edita, ubi p. 71. datâ inter genuina & supposita Lutheri scripta distinctione, pro suppositio sermonum Convivalium Liber habetur. Legatur etiam B. Dannhauerus L. Conscientiæ p. 564.

(3.) Nec XXXIV. Nec denique (3.) à tot dissentire Theologis dissentire arbitramur eos, qui suis vel præfationibus, vel commenda- probatur tionibus, alia occasione editis, memoratum sæpe sympo- eos, qui Li- siacorum sermonum Librum ornarunt, siquidem ob quæ- brum Col- dam, quæ indubitato genuina sunt Lutheri effata, accura- loquiorum tate, prouti quondam prolata fuere, asservata in sermonum, Mensaliu Convivalium Libro, laudem & commendationem mereri commen- scriptum hoc potest, etsi non ideo pro genuino statim ha- dant. beri debeat; quamobrem & nos cum illis quoque salva no- stra sententia scriptum hoc commendare nulli veremur, quemadmodum certo nobis persuademus, has ab iis de- prædicationes Colloquiorum non eo fine esse prolatas, ut pro genuino & ejusdem auctoritatis, cujus sunt scripta ab ipso Luthero edita, sed libro solum in suo genere utili haberetur.

XXXV. Quid quod forsan Aurifaber ipse, & quotquot *Nec (4.)* cum eò orthodoxi in colligendo & edendo hoc scripto *ipso edi-* suam collocarunt operam, non in ea fuerint opinione, tan- *tores Col-* tæ auctoritatis Librum hunc à Luthero nunquam visum, *loquiorum,* esse debere, quantæ quidem meritò habentur, qui & vivo *in eadem,* & conscio Viro beatissimo sunt editi, nisi forsan dicere, *qua Libri* quis malit, nimò collectionum laborumque suorum æsti- *à Luthero* mio abreptos eosdem, sicque humani quid passos fuisse. *ipso vul-*

XXXVI. Et hæc de auctoritate Colloquiorum etiam *gati, sunt* Mensalium dicta sunt. Quæ, si observata fuerint, quan- *auctoritatem* tum Eidem scripto tribuant Ecclesiæ Protestantes, facile *te, scriptum* patet. Scilicet quicquid pro declaranda Lutheri in re *hoc habu-* dubia sententiâ ex Convivialium sermonum Libro adduci *ipse, osten-* tur, si cum scriptis Lutheri indubitato genuinis consen- *ditur.* tiat, tantæ est auctoritatis, quantæ sunt opera Lutheri ge- *Conclusio* nuina. Quicquid autem à Libris, vivo & consentiente, *disserta-* Megalandro editis, seu directe seu indirecte, seu explicitè *tionis qua* seu implicite dissentit, pro genuinis Lutheri effatis haberi *(1.) reperit* non potest nec debet, quippe quod aliter prolatum, aliter *orthodoxa* verò, non quidem ex malitia, sed errore, ferè hoc in passu *Ecclesiæ* inevitabili, scriptum rectius creditur. Ut taceamus de his, *sententiâ* quæ plane Lutherus non protulit, sed pro ipsius dictis ven- *de aucto-* ditata fuere, ex incuria eadem. *ritate Col-*

XXXVII. Hæc autem cum ita se se habeant, quid in *loquiorum* genere tam Pontificiis, quibus id maxime solenne est, quam *Mensaliu.* Calvinianis (Conf. Wendelinum l.c. p. 1374.) ad Colloqui- *(2.) Osten-* rum Convivialium volumen, tanquam scriptum genuinum *dit quid* in quæstionibus, ubi de vera Megalandri sententiâ quæri *habendum* tur, provocantibus, habendum sit; quidve in Specie etiam *sit de pro-* de argumento, quod pro demonstranda Lutheri in artic. *ocationi-* de Cœna inconstantia ex hoc scripto formare Anglos in sua *bis adver-* versione vidimus superius N. 16. p. 13. habendum sit, faci- *sariorum* lè patet. Inhæremus scilicet firmiter assertis huc usque de *ad scriptum* claratis. Proinde, quantivis etiam videantur adversariis *hoc,*

pretii varia, ex his, quæ à genuinis Lutheri Libris seu directe seu indirecte in Colloquiorum Libr. discrepant, confarcinatae objectiones, ad famam Lutheri lædendam excogitatae, sola tamen illâ responsione, quod ex scripto suppositio depromptæ sint, refutari eas posse sufficienter autumamus. Etsi mala sæpe fide plurima citari, nec omnia in Colloquiis sic, prouti finguntur, se se habere, negari etiam non debeat. Unde laudem meretur Orthodoxorum industria, ex abundantibus ad objectiones è libro hoc petitis, responsiones quandoque parans.

(3.) *Oppo-*
nit Pontif-
ficiis ad
Lutheri
Colloquia
Mensalia
crebro
provocan-
tibus au-
toritatē
Pistorii.

XXXIX. Quia verò Pontificii testimoniis, ex scripto hoc Lutheri suppositio petitis, præ adversariis reliquis Megalandri, creberrimè utuntur, non possumus, quin fidei suæ socii Joh. Pistorii, Apostatae alias virulentissimi opponamus ipsis auctoritatem, quando in *Anatomia Lutheri* (scripto in quo forsan nullibi, nisi hic veritatem locutus Auctor) p. 3. azoara 3, abstinere se ait à testimoniis ex Colloquiis Lutheri mensalibus depromptis, quia pro genuinis Lutheri scriptis eadem à Lutheranis non agnoscantur.

XXXIX. Quod si interim hoc Doctoris sui monito spreto, perversæ suæ disputandi adversus Lutherum methodo inhæserint ulterius adversarii, deliciasque imprimis suas in durioribus quandoque quibusdam phrasibus in sermonum convivalium volumine obviis quæsierint, retorqueamus in illos summa cum veritate, quæ in *Horto Pastorum* Jac. Marchantius p. 1018. posteaquàm confessus erat, *ex improba sacerdotum vita tanquam expressimâ radice schisma superiori seculo ortum esse, falsò de Protestantibus cleri Romani vitia justo modo taxantibus protulit: Sicuti in immundis excrementis letantur sues; sicut vitiosum sanguinem lubenter sanguisuga attrahunt; sicut denique quicquid veneni est in domo, vel horto, aranei & bufones attrahunt: ita quidquid in Ecclesiasticorum moribus corruptum est & vitiosum,*

sum, (Colloquiis mensalibus videtur se) attrahunt illi ad se,
& his quasi deliciis pascuntur.

XL. Et hæc pro præsentis ratione institui, quæ si
L. B. non ingrata fuisse perceperimus, animabimur ad
elaborandam aliam dissertationem, quæ brevius hic dicta,
fufius, maxime quantum concernit membrum prius,
explicabit. Sit interea pro concessis gratiæ
divinæ auxiliis.

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA.

I.

LAudes bonæ conjugis fusè Proverb.
LXXXI. 10 - 31. à sapientia divina expressas
incompendium sine ulla impietate redactas
exhibet illa B. Lutheri ad Proverb. XXXI. 10
glossa Marginalis:

Nichts liebers ist auf Erden

Denn Frauen-Lieb wems kan werden.

II.

Ineptit è Pontificiis Schererus, ebrietatis
vitium B. Luthero tribuens inde, quod vi-
trum, in quo partes Catechismi per ima-
gines picturis adumbratæ erant, antea à
semet exhaustum, Agricolæ ut ebiberet,

*Lutheri Cate-
chismi - Glas.*

tra-

tradiderit, Eidemque, cum non nisi partem illam, quæ decalogum adumbrabat, exhausisset, errorem, quo legem ex Ecclesia eliminari volebat, exprobrarit (v. Aurifabrum in Tisch. Neden Luth. Ed. Selnecc. f. 313. b.) siquidem vel ingeniosa hæc Agricolaæ data reprehensio de mente Lutheri sobria satis loquitur, ipsumque vitrum sine aliqua nausea commodè exhauriri potuisse patet vel inde, quod reliqui hospites, qui convivio aderant, omnes ebiberint, quos tamen ebrietatis nemo accusavit.

III.

Quando Lutherus T. II. Altenb. p. 214. T. II. J. G. f. 152. ait, maritum, uxore debitum conjugale pertinaciter negante, id suscipere posse consilii. *Wilt du nicht / so will eine andere / will die Frau nicht / so komme die Magd /* ne utiquam vagas libidines approbavit; Valet potius & hic illud antiquum: *bona res neminem scandalizat nisi malam mentem.*

§ (o) §


par-
bat,
lesia
rifa-
necc.
ico-
bria
qua
patet
ivio
orie-

T.II.
on-
osse
will
uam
is &
m

ULB Halle
004 965 779

3





Q. 192. (22)
CWK 192

IN
BENIGNISS

AUC

D. LU
QVI

GER

AMICO SEN
IM

M. JO

JO

ROSTOCK

K. 193. Q.



Vg
62/2

CULTATIS

TI,

LLO.

SA-

CO

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

QVIO,

Gottlieb
BIBLIOTHECA
PUNICKAVIAK

der/

. Typogr.

(cat. 3, 725.)

